

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

**Sánchez, Francisco
Schoppe, Caspar
Perizonius, Jacobus
Franequera, 1687**

Objectio sexta

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

650 *Lat. ling. comp. non colloq. sed stylo.*

gnitatem corrumpant. Quoniam autem quod in quotidiano sermone positum est, nihil admodum Latinæ orationi prodesse videtur ad eam dignitatem, quæ ejus linguæ merè germana est, ac omnino ea nobis aliqua exercitatione atque artificio comparanda atque confirmanda est, equidem id diligentæ ab uno stylo, qui dicendi magister, & opifex est optimus, petendum esse censeo.

Objectio sexta.

Propter varia inter gentes commercia, aut ut cum externis hominibus colloquamur, non solum utile, sed necessarium aliquando est, Latinè loqui.

Responsio. Ego Latinam linguam non damno; stylum veneror, & amplector: in quo qui probè fuerit exercitatus, si necessitas ingruat, repentiè dicet: *da mihi panem, vel aliud obsonium.* Multis in locis Cicero commendat stylum; & ad Gallum lib. 7. sic scribit: *Urge igitur, nec transversum, quod ajunt, à stylo; is enim dicendi opifex.* Ego denique cum doctissimis (neminem excipio) viris teneo, nulla aut ætate, aut tempore Latina lingua, nisi præmeditatè, esse loquendum.

F I N I S.

FRAN;